



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

7. De peccatore habituali. Vide de Meretrice.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

ore jam confitendi superveniens ergo dubitatio, an peccatum
in tali confitendo, non invenit libertatem expeditam,
no; quoniam debeat relinquere in suo statu, sed invenit jam
libertatem ab obligatione confitendi, ergo ligatam relin-
quit. An sit ergo debeat. Vix hujus rationis clarior intelliges, si
tenemus, quod non diximus cum de Confidentia dubi-
tatione. *Devel. cap. 3. præsertim totus §. 6. & 7.*

§. V. De actibus interioris interruptis.

Exemplum. Aliquis odio habet graviter inimicum suum mala ei graviora desiderando, vel inferre cupit, et ad hoc per aliquod tempus in his interioribus se agit, et laborat, nempe per aliquot horas, vel mentes, vel annos. Aliquis turpiter concipiscit puellam suam, per multos menses, &c. Querimus qua ratione hic peccator, in hac actione suam expedit, posito quòd multoties peccatum hoc ad negotium, somno, aliisve bonis cogitationibus fuerit occupatus.

tum cum illis. Curam est si interrupit contraria voluntate, & cum illis, quando renovavit; debere ejusmodi renovationes quando non reciderit iuxta ea cetera nova numero peccata, nec per se confiteri teneatur, explicari. Ratio est quia per illas non penitentiam evadunt illi actus, & in genere physice debentur, & in genere morali numero disjuncti, disjunctio neminationis est semper intermedium illum actum contrarium: numerationem autem oportere explicari quando innotescit: & est contra sententiam Concil. Trid. sess. 14. c. 5. & c. 7. & ipsa fidelium sententia probat.

Difficultas igitur, & quidem gravis est, abstrahere ab interruptione per contrarium actum. Dico ergo, quod si speculativè probabilior sententia asserens, quod quilibet interruptionem multiplicari numero actuum actus, unde & debere, si memoria teneatur, tunc, etiam contraria opinio, quae docet minimè deinde, probabilior sit. Ita Canus in *relect. de pen. p. 4. de laxat.*, Petrus Fay, Homobon. Di. na, & ex parte Salas, quos citat & sequitur Delugo *disp. 16. sect. 14. n. 166.* Ratio est quia in genere motus omnes illi actus continent enim peccatum, etiamsi materialiter, & physice multiplicentur. Satis est igitur si explicetur tempus, quod est notabile (si enim sit breve, de quo dicam infra §. 47. & 48. nec tempus esset necesse declarare) sic sit illi, si dicatur, *Ego v.g. per unum diem odio contra habes Petrum, illi mala gravia imprecatus sum: per unum mensem turpius concupiscenti puellam, &c.* intellegendum enim motu humano, idest tales actus per varias causas actiones fuisse interruptos.

Quid, si quis tunc interceptur turpem illam co-
gitationem, vel alius lapsivum, propter urgentia sua de-
clinat? Sine Coninch. *disp. 7. de pen. dub. 7.* ipsique favet
S. 1. *2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.* Delugo de pœ-
nit. *lib. 16. sect. 145. c. 367. fin.* ait hanc extraordinariam
cogitationem, vel frequentiam esse explicandam (intellige
confusio), dicendo se frequentissimè vel rarissimè co-
gitare, quod certe facere est optimum consilium: quia
exhibet modum humanum communem, atque adeo
præstatile commutatur iudicium Confessarii. Canus,
De lacus, Fay, Homobon. Diana citati *n. 32.* indistin-
guuntur: & dum indistinctè docent omnes illos
esse esse unum in genere moris non videntur niti co-
suetudinem, quasi ex illo ordinario modo agendi hu-
manum (nisi excedatur) possit plus minùse à Confessa-
rii præcepti actum numerus: sed fundatur in persisten-
tia permanentia habituali malæ cogitationis, à qua
cogitatione de sumant unitatem omnes illi interni actus
multi, vel pauci: & ratione cuius animus illius pec-
catoris semper est affectus, & promptus ad cogitationem
illius malæ. Quare, ne scrupulus locus detur, puto
Coninch obligationem non esse ex necessitate si-
milibus imponendam, cum præsertim teneamus non
esse, quod iudicium Confessarii inquirere potest, esse
profecto aperendum, ne ex iis, quæ de circumstantiis
circumstantibus dicemus §. 18, cognosci poterit.

34. Excipe, si quando tanta est interruptio, ut non iudicetur adesse dicta persistencia: v. g. vult quis occidere inimicum; ita ut per mensem continuet hanc voluntatem modo dictor: postea vel per annum infirmetur, vel discedat ab urbe, vel ipso lapsu temporis, rerumque mutationibus frigeat, immo evanescat veluti natura sua illa prava voluntas: si deinde post annum sanus effectus vel rediens in urbem, &c. Voluntatem occidendi resumit, sanè hæc voluntas eum illa priori facere unum non videtur: quia morali modo non censetur illa tam dicta voluntas ita habitualiter permanere, ut cum ad hoc constandum unum peccatum, conjugatur. Et per hoc fortasse duæ prædictæ sententiæ conciliabuntur.

§. VI. De actibus externis interruptis:

35. **A**ctum externum is exhibet, qui præter inter-
nam pravam cogitationem, addit aliquam ex-
teriorē demonstrationem. Id quod duplici contingere
potest modo. Primo in ordine ad unum numero actum
sui finem : ut si quis-ne mortem effugias suos inimicos
per unum annum v.g. parer illi, infidias, præparet gladi-
um, equum conscendat, &c. Ita etiam si quis amans
puellam per duos annos v. g. semper querat modum
quomodo potiarur : in his exemplis, unum est homici-
dium numero, una fornicatio, ad quæ ordinantur res-
pectivè illi actus externi. Secundo in ordine ad diversos
actus, ut cum quis exerceat habitualiter officium ex fe-
multis numero vel specie peccatis implicitum. Talis est
meretrix, usurarius, grassator viarum. Hic de priore, in
sequenti c. de posteriore agemus.

36. Quoad prius ergo dicendum est idem, quod in
precedenti § dictum est, ex Delugo *disp.* 16, *lect.* 14, *num.*
567. propter paritatem rationis: omnes enim hi actus
externi sumunt unitatem ab illo actu finali, quem ordi-
nantur. Adscribe tamen exceptionem positam *num.* 4.
Quare probabile est satis esse ad Sacramentum penitentie
si dicat quis, per tot dies procuravi homicidium
mei inimici, ejusdem puella congressum, &c.
¶ Illud nota, si mediante alia persona finem inten-
tum acquirere curasti, vel puellam tentasti renitentem
debere id explicari: quia est inductio proximi ad pec-
catum, atque adeo novam speciem peccati scandalii commi-
sit. Dixi (renitentem) nam de confitente dicitur
infra c. 7. §. 8.

38. Petes, si quis finem obtinuit suæ prævæ cogitationis; satis ne fateri dictum finem duntaxat, se v. g. puellam cognovisse: se occidisse inimicum? Respondeo. Delogon. 566. ait, quia hoc est peccatum consummatum; non esse necesse ut ei dicat quoties habuit decretum procurandi: cum sufficiat confiteri illud tanquam unum peccatum consummatum. Sed profectò debere explicare saltem se per tantum tempus procurasse, modo jam explicato §. præcedenti; mihi non est dubium: ut scilicet innorescat, an & quæ persistentia peccati habitus præcesserit.

§. VII. De peccatore habituali, ubi de Meretrice.

39. **O** Voae secundum, quod modo promissum *in hoc s.* declarandum; sic statuo: licet illa opinio Doctorum apud Pag. & Dian. *mox citand.* quod similes peccatores habituales debeant speciatim numerum, speciemque peccatorum explicare, sit nimis severa; illa tamen Navari *in summa, c. 6. n. 15.* quæ docet sufficere si solum dicatur tempus peccati, et nimis laxa: media ergo via est procedendum cum Fagundez *præcep. 2. Ecd. l. 3. c. 4. n. 11. sine aliis* apud Dianam *part. 4. tract. 4. ref. 89.* Quare à Meretice v.g. non solum debet explicari tempus mali status; sed etiam principales species peccatorum, quas memoria retinet: an scilicet ipsa peccaverit cum Sacerdotibus, cum propinquis, cum coniugatis &c. *Item in consilio* multitudo numerica: v.g. toties plus minus per menses, vel per hebdomadas, &c. Si enim aliqua recordatur se in frequenti civitate, sæpi-

simè etiam in die peccasse; alia tamen in parva rusti-
corum villa, vix semel in hebdomada; qua ratione id
explicandum non esse censuimus?

40. Addit rectè Valquez de penit. l. 1. c. 1. dub. 5.
num. 3. (quod & ea quæ §. 5. & 6. diximus confirmat)
circa numerum actuum interiorum non esse hos habi-
tuales peccatores cogendos ad explicandum frequen-
tiam & numerum per hebdomadas aut dies: sicuti dici-
mus cogi debere circa frequentiam ipsorum actuum ex-
teriorum, v. g. fornicationum; ut scilicet dicant, si re-
cordentur, quoties plus minus peccaverint per dies, per
hebdomadas &c. Ratio est, quia in his actibus internis
videtur impossibile eos ad aliquem numerum sine ma-
gni erroris periculo, siue per excessum, siue per defectum
reducere: quod periculum communiter non est in ex-
ternis.

41. Quod dictum est exempli gratia hætenus de
Meretrice: dic cum Valsq. ib. n. 41. de fure habituali, de
usurario, de similibus: satis enim est explicare confuso
modo frequentiam furti gravis, seu iniusti lucri: v. g.
si fur, vel usurarius per decem annos, quatuor, vel quin-
que plus minus furando in mense, vel hebdomada ma-
teriam gravem.

42. Idem dic cum Valsq. ib. de eo qui passim concu-
piscit feminas sibi obvias, dicat enim: per duos annos
obvias concupivi; addatque species principales, an fre-
quenter cognatas, an facias, an conjugatas, &c. De de-
lectationibus morosis dicam infra c. 7. §. 1.

43. Idem dico cum Henriquez l. 5. c. 5. n. 9. & Fagun-
dez 2. præcep. Eccles. l. 3. c. 4. n. 11. de habente domi Con-
cubinam: satis est enim si dicat, puellam ut uxorem ha-
bui per tres annos, addatque, semel in die plus minus il-
lam cognovi. Quid enim si cognovisset solum semel in
mente: debet igitur saltem in confuso frequentia declarari.

44. Idem denique cum Delugo d. p. 16 de pen. sect. 2. 4.
n. 57 §. in colloquendi frequentier de rebus turpibus
cum peccato mortali: quando enim adest difficultas ex-
plicandi numerum, ut certè sæpè accidit male moratis
adolescentibus; sufficit explicare consuetudinem, tem-
pus, & species principales, quas inter loquendum concu-
piere, proportionaliter sicut dictum est de Meretrice.

45. Illud denique hic adverteo cum Valsq. 9. 91. de
penit. art. 1. dub. 5. n. 3. quam sequitur Delugo citatus
de penit. diff. 16. sect. 14. num. 582. quod ille qui propter
inveteratam consuetudinem non potest numerum pec-
catorum distinctè explicare, & ideo dicit tempus, ut de
Meretrice & prædictis dictum est, non tenetur postea
iterum confiteri peccata particularia, quæ sibi in me-
moriâ occurrunt, licet possit ea magis distinctè ape-
rire. Ratio est, inquit, quia jam in illa confusa narratio-
ne comprehensa, & directè absoluta fuere: juxta ea
quæ diximus supra n. 14.

§. VIII. De unitate unius peccati.

64. VNum in hoc & præcedentibus parataphis, su-
perest explicandum. Diximus, quando actus
tendunt in unum finem, atque adeo unus dependet ab
alio, facite unum in genere moris; Jam, quando unus
actus ab alio non dependet, sed sunt disparati: v. g. con-
cupivit nunc quis puellam: & hinc ad horam concupis-
cit eandem, sed independentè à primo actu, ut usi so-
let evenire sæpius; quid requiritur ad hoc ut sit unus,
& ut unum, non autem ut duo peccata sint apertenda?

47. Respondeo. Regula universalis est huiusmodi. Si
intermediet multum temporis inter actus: & ex alia par-
te actus posterior concupiscentiæ v. g. non habeatur ex
vi prioris, iudicatur distinctus actus, distinctamque
numero peccatum. At si breve tempus intericiatur
censetur facere unum cum priore: sicuti qui percussit
proximum una percussione, & deinde in eodem calore
iterum percussit; unum in genere moris actum, unum-
que peccatum commississe reputatur.

48. At difficultas subnascentur equodnam est hoc

modicum tempus? Respondeo cum Delugo d. p.
n. 36. sect. 16. n. 569. decernendum id esse præter
iudicio, ut videatur an veluti eodem impetu
centia v. g. redeat quis post interruptionem
tius calore agitur concupiscat: si prius, unum
catum moraliter: si posterius, duo: numerusque
vione aut alia causa excusetur; explicandus
49. Atque hæc eadem regula usi erit ad illud
dubium enodandum. An scilicet debeas explicare
uno actu concupiscentiæ puellæ v. g. vel delectari
ter lædendi inimicum, durasse per tot vel tot
Dico ergo: cum in aliquo ex his actibus uno calore
cupiscentiæ, unoque impetu in eadem cogi
peristis, semel moraliter peccas, atque adeo
tempus explicandum. Quoniam vero quando
di actus unum, v. g. per sex, vel per decem horas
rant, impossibile moraliter est, ut id uno eodem
fiat; ideo necessarium tunc, & sufficiens erit
sex horas, vel per decem concupisci, &c. Sic
explicabuntur interruptiones; quæ humanum
lent incedere, ut dictum est superius: vel
rietur peccatum veluti habituale unum per
illas horas.

50. Ex his multa inferuntur, quæ maxime ad
dientiam confessionem conferre poterunt.

Blasphemia.

Primo, qui uno Blasphemie impetu blasphemat,
dem calore licet post aliquam interruptionem
miam iteret bis, ter, pluries; satis est ex
de justis. tract. 3. disp. 41. dicere, blasphemavi
moraliter peccatum commissit. An omnes blasphemie
ejusdem sint speciei, dicitur infra c. 3. §. 1.

Percussiones.

51. Secundo, si quis aliquem uno ira impetu
quater, vel pluries percussit, vel vulnerat, unum
peccatum committit: & Clericus si sit, qui percu-
itiam tantum excommunicationem sic percussio
cidi; satisque erit si fateri: *hominem vel Clericum
vixit percussi, vel vulneravi*. Ita Azor. T. 1. lib. 4. n.
quæst. 3.

Invamenta, & vota.

52. Qui simili uno impetu de eadem re perjurat
ramento asseritorio, atque iterum iterumque, eodem
lore, iurando confirmat semel peccatum, iurando
dicat, *iuravi falsò*. Ita Delugo. mox cit. d. 16. sect. 14. n.
Pari modo qui eandem rem Deo vel homini promittit
eam confirmans iterato, vel juramento promittit
rio & deinde semel non observat; semel peccat, et
lugo, d. p. 16. disp. 16. sect. 4. n. 146. cum repetit
ejusdem voti & juramenti non mutat speciem, nec
tiplicet peccata. An omnia iuramenta sint equalitatis
tionis dicam infra c. 3. §. 2.

Detractiones.

53. Qui unico veluti contextu continui
de altero detrahere, licet occasione data aliquam
detractionem interrumpat, & licet alias diversis
dem detractionis materias torgat; unum moraliter
catum committit, satisque erit si sic fateatur, *semel
ter de quodam detraxi*. Ita idem ib. sec. 16. n. 539. ubi
beat explicare vel numerum circumstantiarum, vel
rum eorum, de quibus detrahit, dicitur infra c. 3. §. 3.

Contumelia.

54. Qui pari modo injurias, contumeliasque
superadditque unico ira fervore, licet interponat
alia verba ad injurias minimè pertinentia semel
proximum affectu censetur. Quare sufficit si dicat
Injuria proximum. Ita Delugo ibid. n. 561.

Ministrare Sacramentum Penitentia in peccato mortali.

55. Qui Sacerdos successivè audit in peccato mortali
tali plures Confessiones unam post aliam, in